Facultate uniuerſali cognita in particulares uſus facile deuenimus.11°.de ſimp.med.fac. 5°.81.D
Facultate quadam trahunt ſuccum ſibi conuenientem medicamenta natiua.de theria.ad Piſo. 5°.90.G
Facultates à proprietate ſubſtantiæ ſola experientia cognoſcuntur.9°. de ſimp.med.facul. 5°.67.A
Facultates contrarias multa habent.2°.de alim.fac. 2°.19.A
Facultates contrariæ unde indicantur.5°.de ſimp.med.fac. 5°.38.H
Facultates ualidæ ſibi ſili qualitate totũ corpus imutãt.1°.de ſe. 1°.335.A
Facultates corruptionem inducentes attrahere poteſt cucurbitula. de cucur.ſcarif. 6°.3.F
Facultas uirulenta ubi extrinſecus inciderit, ſcarificatione utimur. de cucurb.ſcar. 6°.3.F
ad Facultates quatuor cibi in quaq; parte pertinet ſeruare plenitudine. de mult. 3°.77.E
Facultas contentrix à Stoicis orta.de multitudine. 3°.77.C
in Facultate contentrice continẽs, & contentũ.de multitudine.3°.77.C
ad Facultatem pertinet rumpi uas plenitudine.de mult. 3°.77.E
cuius Facultatis opera ſunt oſcitatio, ſternutatio, tuſsis, pandiculatio, & ſingultus.2°.de ſympt.cauſ. 3°.19.F
Facultatis & morbi ſimul opera ſunt torpentium motus & tremor.2°. de ſymp.cauſ. 3°.19.F
FAECVLA quid.de ſimp.med. Sp.84.D
Fæcula adurit.introd. Iſa.58.B
Fæcula cauſticis miſcetur.de ſimp.med. Sp.84.D
Fæculæ meminit.1°.de comp.med.ſec.loc. 5°.131.A
FAEX I uinis craſsioribus ſolet ſubſidere.cõ.4°.aph.21°. Ex.29.D
Fæx eſt craſſum uini.1°.de ſimp.med.fac. 5°.5.D
Fæx aceti non eſt caloris expers.1°.de ſimp.med.fac. 5°.5.D
Fæx uini unum ex fortiſsimis medicamentis ad achoras.1°.de compoſit. medic.ſec.loc. 5°.129.D
Fæx uini Italici.7°.de comp.med.per genera. 5°.270.G/H
Fæx uini Rhodij.1°.de comp.med.ſec.loc. 5°.128.F
Fæx uſta & non uſta quo modo differant.3°.de nat.fac. 1°.301.H
Fæx non uſta frigida eſt & ſicca.3°.de nat.facul. 1°.301.H
Fæx non uſta ualet ut terra figularis.3°.de nat.fac. 1°.301.H
Fæx uſta medicamentum eſt maxime acre.1°.de cõp.me.ſe.lo. 5°.131.A
Fæx uſta urit carnem, liquat, & corrumpit.3°.de nat.fac. 1°.301.H
Fæx uini uſta.10°.de comp.med.ſec.loc.207.D/208.B/7°.de comp. med.per genera. 5°.267.B
FAEX croci.5°.de comp.med.per genera. 5°.252.G
Fæx unguenti irini repurgãs, et extergẽs.1°.de cõ.me.ſe.loc. 5°.129.H
Fæx unguenti malabathrini.7°.de comp.med.ſec.loc. 5°.178.D
FAECI uini recte aſsimulatur niger ſanguis.14°.meth.me. 7°.89.D
Fæx ſanguinis inferius reſidẽs melãcholia appellaẽ.de ana.uen.Sp.50.H
ut Fæx ſanguinis eſt atra bilis.com.4°.aph.21°. Ex.29.D
Fæcem ſiue ſanguinem melancholicũ cõtinet ſplen.de ana.ui. Sp.50.A
Fæcem ſanguinis ſplen ad ſe trahit.5°.de locis affectis. 4°.35.F
Fæcibus uini ſimilis humor hepaticis qñ deijciatur.6°.de lo.aff.4°.36.E
Fæcem humorum ex corpore mundificãs medicamẽtũ.ſecret. Sp.101.G
Fæces expellens per urinam medicamen.de med.exper. Sp.105.G
ut Fæx uini humor in quibuſdam apoſtematibus inuentus.14°.methodi medendi. 7°.90.E
Fæci ſimilia quandoq; uſtr in abſceſsibus.2°.de arte cur.ad Gl.7°.105.B
FAECES retinet longaon quatuor lacertis.de anat.uen. Sp.50.E
Fæces excernere quid.de uenæ ſect.aduerſ.Eraſ. 6°.7.C
Fæces cur deorſum purgantur.de uoc.inſtr.diſſ. 1°.106.F
Fæcum effluxus inuoluntarius quid, & cuius potentiæ uitiũ.2°.de ſymptomatum cauſis. 3°.19.G
Fæcum retentio quid, & cuius potentiæ uitiũ.2°.de ſymp.ca. 3°.20.B
Fæces obdurantes cauſæ, quæ.in 6m.de morb.uulg.com.5°. 3°.193.D
FAGVS, & ilex roboris genera.6°.de ſimp.med.fac. 5°.46.E
Fagus eſt planta agreſtis.2°.de alimen.facul. 2°.21.H
Fagus arbor frigidiſsima, & ſicciſsima.4°.de ſimp.med.fac. 5°.26.F
Fagus eſt acerbus.8°.de ſimp.med.fac. 5°.62.C
Fagi fructus ſemper acerbi ſunt.4°.de ſimp.med.fac. 5°.26.F
Fagus uehementius adſtringit robore.6°.de ſimp.med.facul. 5°.46.E
FALERNVM uinum celebratiſsimum.de atten.uic. 2°.46.D
Falernum uinum ſuper omnia alia uina.12°.meth.med. 7°.76.E
Falernorum uinorum differentia.12°.meth.med. 7°.76.E
Falernum uinum duplex.de theria.ad Piſo.95.F/1°.de antid. 5°.101.C
Falernum uinum, quale.de bon.& uitio.ſucc.38.C/4°.de ſanitate tuenda.2°.85.G/2°.de arte cur.ad Glauc. 7°.102.C
Falernum dulce & flauum.6°.meth.med. 7°.38.E
Falernum uinum flauum, tenue.de atten.uic. 2°.44.G
Falernum dulce cognouit Galenus cum primum guſtaſſet Romæ, ex ijs quæ audierat.1°.de dign.pulſ. 4°.70.H
Falerni dulcis ſpecies eſt uinũ Hippodamantiũ.12°.meth.med. 7°.76.H
Falernum uinum auſterum.2°.de comp.med.ſec.loc. 5°.140.A
Falernum uinum eſt probatiſsimi ſucci.de bon.& uitio ſucc. 2°.38.D
Falernum uinum ualde calefacit.7°.meth.med. 7°.44.B
Falernum pluribus annis durat bonum.de uinis. Sp.76.G
Falernum deſcriptum ſecundum ætates in fidelijs.1°.de antid. 5°.101.G
Falernum uiginti annorum.1°.de antid. 5°.101.G
Falerno conficitur theriaca.de theria.ad Piſo. 5°.92.G
Falernum omnibus anteſtat in antidotis.1°.de antid. 5°.101.C
Falernum quod eligendum pro theriaca.1°.de antid. 5°.101.C/G
Falerno ſi careas, quale uinũ eſſe debeat ad theriacã.1°.de ant. 5°.101.H
Falernum uetus non debet ingredi theriacam.1°.de antid. 5°.101.C
i Falerni ſpeciẽ multa uina à uini magiſtris cõcinnañ.1°.d ant.5°.106.H
Falerno comparatur uinum Tmolites.5°.de ſan.tuen. 2°.90.H
cum Falerno contendit uinũ Surentinũ præſtantia.1°.de ant. 5°.100.H
Falernum eſt dandum phlegmaticis, & frigidis complexione, uel frigidã accruantibus humorem, uel ocioſe uiuentibus, uel exiſtentibus in hieme, uel conſtitutione frigida, & humida. Sp.76.H
ex Falerno uino ſumendum fær ſem.5°.de ſan.tuen. 2°.92.D
Falernum Fauſtianum optimum ſem, qui à balneo uti uino dulci uelit.5°. de ſanitate tuenda. 2°.91.C
Falernum uinũ cum ſyncope ex crudis humoribus.12°.met.me. 7°.76.E
Falernum uinum non eſt idoneũ biliofis uel natura, uel alia cauſa.de bo. & uitio ſucc.2°.38.E/de uinis. Sp.76.G
Falernum non eſt dandum eis qui ſolis æſtu aut uia incaluere. Sp.76.G
Falernum pingue.2°.de antid. 5°.111.H
Falernum uinum.2°.de antid.112.C/3°.de cõp.med.ſec.loc. 5°.148.G.
Falerni uini fit mentio.2°.de antid.117.A/120.F/2°.de comp. medicamen.ſec.loc.140.C/4°.155.E/H/157.B/7°. 5°.179.F
FALLERE qui ſe ſe non uult, nec ab alio falli, quo modo agere debeat.1°.de temperamentis. 1°.13.E
Fallere qui uult alios, & non falli quid agere debet.9°.de dec.1°.279.B
FALSVM differt ab eo quod ſenſu caret.2°.de dec.Hipp. 1°.238.C
Falſum eſſe & ridiculum eſſe differunt.8°.de decre.Hipp. 1°.278.E
Falſum omne non eſt deridendum.8°.de decr.Hipp. 1°.278.E
ex Falſis uerum non contingit inuenire.3°.de criſi. 4°.142.C
Falſa quibus dicenda in morbis.in 6m.de morb.uulg.com.2°. 3°.167.F
FAMA quibus ſit impedimento.7°.meth.med. 7°.43.B
FAMESCERE quid dicamus.com.2°.aph.16°. Ex.12.G
FAMES multipliciter accipitur à Glaeno.cõ.2°.aph.21°. Ex.14.H
eli Fame totidẽ ſpecies habet appetitus potus.1°.de ſymp.cauſ. 3°.18.A
Fames quid ſit.1°.de ſympt.cauſ. 3°.18.D
Fames multiplici de cauſa fit.com.2°.aph.21°. Ex.14.H
Fames naturalis quo modo fiat.1°.de ſymp.cauſ. 3°.18.A
pro Fame inducenda oris uentriculi quinque ſymptomata.1°.de ſymptomatum cauſis. 3°.18.A
ad Famem facit non parum frigiditas.1°.de ſympt.cauſ. 3°.18.B
contra Famem cur facit caliditas.1°.de ſympt.cauſ. 3°.18.B
Famem non poſſunt tolerare pueri, præſertim qui inter ipſos ſunt iuniores.

diores.comment.2°.aph.65°. Ex.6.G
Famelici ſiunt ex acida pituita redundante.de mult. 3°.82.F
Fame qui premantur.de mult. 3°.81.G
Fame qui poſſint cruciari.8°.meth.med. 7°.54.F
Fame & ſiti affligendum eſt animal incidẽdum aut ſcarificãdum.de mot.man.& obſ. Sp.70.D
Famem tolerandi facilitas in ſenibus eſt in non appetendo, & nihil inde mali ſuſtinendo.com.1°.aph.13°. Ex.6.G
Famem adhibere conuenit carnes humidas habentibus.commentario 7°.aphoriſmo 60°. Ex.59.C
Fame quo modo mediocritas conſideranda ex uenarum anguſtia & laxitate.2°.de temp. 1°.18.C
Fames iniungenda non eſt biliosis.2°.de comp.med.ſec.loc. 5°.136.C
ubi Fames, laborandum non eſt.de uictus ratione in morbis acutis, commentario 2°.7°.124.G/com.2°.aph.16°. Ex.12.G
in Fame diutina quid contingat.3°.de ſan.tuen. 2°.30.D
Fames longi temporis ſiccitatem facit.1°.de diff.feb. 3°.34.D
Fames exiccat corpora.cõ.2°.ap.16°.12.G/cõ.7°.aph.60°. Ex.59.C
Fames facit conuulſionem ex ſiccitate.3°.de loc.affe. 4°.17.F
Fame qui gracileſcunt.8°.meth.med. 7°.54.F
Fame pereuntes accedunt ad ueram tabem.de marc. 3°.46.H
Famem qui biduo patientes febricitabant.10°.meth.med. 7°.62.H
à Fame fieri febrem ratione probatur.10°.meth.med. 7°.62.H
Fame, labore, & ſiti mutatur urina.10°.de ſimp.med.fac. 5°.74.G
Famem magnam remittere eandemq; proſtratam excitare poteſt theriaca.de theria.ad Piſo. 5°.98.F
propter Famem non decet uehementer inſatiabiliterq; impleri. de cogn. cur.animi morbis. 2°.53.C
Fame uexatis uinum non conuenit.de bon.& uit.ſuc. 2°.38.E
Fames uehemẽs eſt in morbis longis, in quibus æger eſt euaſurus. commẽ. 7°.aphoriſmo 6°. Ex.54.D
Fames in quibus capitis doloribus conuenit.2°.de cõp.me.ſe.lo.5°.135.D
FAMES morbus qualis ſit.com.2°.aph.21°. Ex.14.H
Fames ingens, id eſt bulimos, quæ.ſin.med. Iſ.47.D
Fames canina quæ, & quomodo.1°.de ſympt.cauſ. 3°.18.B
Fames canina quæ, & quo humore fiat.1°.de ſympt.cauſ. 3°.18.B
Fames canina unde pcedat, & quõ ſanetur.com.2°.aph.21°. Ex.14.H
Famis caninæ pulſus quales.4°.de cauſ.pulſ. 4°.103.C
citra Famem quomodo comedatur auena.1°.de alimen.fac. 2°.13.C
in Fame extrema ſiunt panes ex auena.1°.de alimen.fac. 2°.13.C
in Fame ob malos cibos quæ contingant.1°.de diff.feb. 3°.31.G
Fames, lege Inedia.
FAMILIARIA aſſimilantur.3°.de ſimp.med.fac. 5°.17.H
Familiaritates rerum oriuntur à totius ſubſtãtiæ proprietate.3°.de ſimplic.medic.fac. 5°.17.H
Familiaria & cognata ſine dolore retinentur.5°.de uſu par. 1°.145.G
Familiaria ſiue cibaria, ſiue medicamenta ſumi debent in intrinſecis ulceribus.4°.meth.med. 7°.28.H
FAMVLIS quidã cõſtringebant dentes.de cog.cur.ani.mor.2°.51.H
FAR, quod Zeam uocant.9°.de comp.med.ſec.loc. 5°.200.A
Far Cluſinum.7°.de comp.med.ſec.loc. 5°.185.E
Far quo modo coquatur.de art.com.2°. 7°.266.G
Far præparatur ut ptiſſana cum paulo aceti, præſertim ſi adſit cruditas uel in uenis, uel in toto corpore.4°.de ſan.tuen. 2°.84.E
Farri acetum, & porrum addenda.4°.de ſan.tuen. 2°.84.F
Far eſt boni ſucci.4°.de ſan.tuen. 2°.84.F
Far cum mulſo eſt boni ſucci.5°.de ſan.tuen. 2°.90.G
Far cum mulſo non facile putreſcit.5°.de ſan.tuen. 2°.90.G
Far cum melle, & aceto quando ſumendũ ſeni.5°.de ſan.tuen. 2°.92.D
Far in imbecillum uentriculum demiſſum ab eo non ſuperatur.3°.de tẽperamentis. 1°.23.G
à Farris multo eſu cauere debet ſenex.5°.de ſan.tuen. 2°.91.D
FARFINA, id eſt ſtercus columbinum.de ocul. 7°.190.E
FARINAE pars craſſior quæ noceetur.in prog.cõ.2°. 4°.200.E
Farina trita lenta apparet ob liquoris admixti craſſitiem.1°.de alimentorum facultatibus. 2°.12.B
ex Farina non ſeparata à furfure panes medij.1°.de alimen.fac. 2°.9.G
Farina pura calida eſt & humida.5°.de ſimp.med.fac. 5°.34.B
Farina multi furfuris generat atram bilem.de diſſol.cont. Sp.75.A
de Farina craſſa panis eſt cibus medius.de diſſ.cont. Sp.75.B
Farina elixata, uictus Alexandrinorũ.2°.de arte cu.ad Gla. 7°.107.B
ex Farina & aqua potio datur ſenibus.3°.de nat.fac. 1°.303.D
Farinæ quæ non moueant pus.5°.de ſimp.med.fac. 5°.33.H
Farinæ quæ exiccant, & quomodo.5°.de ſimp.med.fac. 5°.33.H
Farinis quibus uſus eſt Galenus in neruorum uulneribus.3°.de cõp.medi. per genera. 5°.229.H
ex Farina, oleo, & aqua cataplaſma concoquens.2°.de arte curat.ad Glauconem. 7°.105.C
ex Farina, oleo, & aqua, cataplaſma pro inflammatione ad pus ducendum.2°.de curat.ad Glauc. 7°.102.A
Farina Alba in linimento.de marc. 3°.48.B
Farina Alicæ.5°.de comp.med.ſec.loc. 5°.161.C
Farina Antiqua generat atram bilem.de diſſol.cont. Sp.75.A
Farina Ciceris excalfacit & exiccat.5°.de ſimp.med.fac. 5°.34.A
Farina Erui, qualis.3°.meth.med. 7°.18.A
Farina erui moderatiſſime detergit.8°.meth.med. 7°.52.H
Farina erui excalfacit, & exiccat.5°.de ſimp.med.fac. 5°.34.A
Farina erui ualde exiccat.6°.de ſimp.med.fac. 5°.44.E
Farina erui carnem explet.2°.de comp.med.per gene. 5°.220.B
Farina erui ſarcotica eſt.3°.meth.med.16.G/ 7°.18.A
Farina erui ulceri cauo conuenit.2°.de comp.med.per ge. 5°.218.G
Farina erui cephalica eſt.6°.meth.med. 7°.42.B
Farina erui leuat à putrefactione i neruo uulnerato.6°.met.m. 7°.37.F
Farinæ erui meminit.6°.meth.med. 7°.38.G
Farina Fabacea, qualis.3°.meth.med. 7°.18.A
Farina fabacea euaporat & extergit.5°.de ſimp.med.fac. 5°.34.A
Farina fabarum moderatiſſime detergit.8°.meth.med. 7°.52.H
Farina fabacea tantum extergit, non etiam meatus farctu liberat.5°.de ſimplic.med.facul. 5°.35.B
Farina fabarum ad detergendas maculas in balneo.1°.de alim.f. 2°.13.H
Farina fabarum faciei lentes tolluntur.1°.de alim.fac. 2°.13.H
ex Farina fabacea cataplaſma.6°.meth. 7°.38.G
Farina fabacea carnem producit.3°.meth.med. 7°.18.A
Farina fabacea tenuiſſima.7°.de comp.med.ſec.loc. 5°.182.B
Farina fabarũ p farina orobi uel lolij.2°.de arte cur.ad Gla. 7°.107.A
Farina Fœni græci excalfacit.5°.de ſimp.med.fac. 5°.34.A
Farina de Germano id eſt ligine.de dynam. Sp.31.E
Farina Hordeacea qualis.3°.meth.med. 7°.18.A
Farina hordeacea euaporat, & extergit.5°.de ſimp.med.fac. 5°.34.A
Farina hordei moderatiſſime detergit.8°.meth.med. 7°.52.H
Farina hordeacea tantum extergit, non etiam meatus farctu liberat.5°.de ſimplic.med.fac. 5°.35.B
Farina hordei fouetur.3°.de comp.med.per gene. 5°.229.A
Farina hordei in emplaſtro apponenda eſt in principio inflammationũ.2°.de arte cur.ad Glauc. 7°.101.F
Farina hordei non triticea, & mel pro phlegmone coquenda.13°.meth.medendi. 7°.81.C
ex Farina hordeacea cataplaſma eryſipelati ex ulcere conuenit.2°.de arte cur.ad Glauconem. 7°.102.A
Farina hordeacea herpeti exedẽti cõuenit.2°.d ar.cur.ad Gl.7°.102.C
per Farinam hordei phlegmones curatio dolorẽ lenire ſtudentis eſt, nõ medentis.4°.meth.med. 7°.27.E
ex Farina hordeacea, & hydræleo cataplaſma ad cruſtas excidẽtes 2°.de arte cur.ad Glauc. 7°.107.B
Farina hordeacea plurimũ reſoluit.2°.de arte cur.ad Glauco.7°.105.B
Farina hordeacea quando adeſt pus.2°.de arte cur.ad Glauc. 7°.101.H
ex Farina hordei cataplaſma ad mouendũ pus.4°.meth.me. 7°.27.D
ex Farina hordei, aqua, & oleo cataplaſma ad cito pus mouendum.4°.methodi medendi. 7°.27.D
Farina hordei cruda & aqua in his qui citiſſime ſuppurari debent.3°.de comp.med.ſec.loc. 5°.147.D
Farina hordeacea ſuppurationẽ phibet.2°.d arte cur.ad Gla.7°.105.C
Farina hordeacea carnem producit.3°.meth.med. 7°.18.A
Farina hordeacea cum lixiuio leuat à putrefactione in neruo uulnerato.6°.methodi medendi. 7°.37.F
Farina Hornotina, quæ.de arti.com.2°. 7°.266.F
Farina Lolij excalfacit, & exiccat.5°.de ſimp.med.fac. 5°.34.A
Farina lolij ualde exiccat.6°.de ſimp.med.fac. 5°.44.E
pro Farina lolij farina fabarum.2°.de arte cur.ad Glauc. 7°.107.A
Farina Lota, quæ.de artic.com.2°. 7°.276.G
Farina Lupinorum reſiccat.5°.de ſimp.med.fac. 5°.34.A
Farina lupinorum lumbricos expellit.de ſimp.med. Sp.86.C
ex Farina Macerata cataplaſma.de artic.com.2°. 7°.267.H
Farina ex Milio non lenta.1°.de alim.facul. 2°.12.A

Farina milij reſiccat.5°.de ſimp.med.fac. 5°.34.A
Farina Ochri excalfacit & exiccat.5°.de ſimp.med.fac. 5°.34.A
ex Farina Orobi,& oxymelite cataplaſma.2°.de arte curat. ad Glauconem. 7°.102.D
cum Farina orobi,uel lolij oxymel ad putreſcentia ualet.2°. de arte curat.ad Glauconem. 7°.106.H
Farina orobi cum melle cruſtas optime diſrumpit. 2°.de arte curati.ad Glauconem. 7°.107.B
pro Farina orobi farina fabarum.2°.de arte cur.ad Glauc. 7°.107.A
Farina Panici reſiccat.5°.de ſimp.med.fac. 5°.34.A
Farina Polentæ.4°.de comp.med.ſec.loc.153.E/9°. 5°.204.A
Farinæ polentæ flos.4°.de comp.med.ſec.loc. 5°.157.D
Farinæ de Sigale.de dynamidijs. Sp.31.G
Farina ex Tithymalli lacte.de remed.par.fac. 7°.164.G
Farina Tritici quot indigeat,ſi bonum nutrimentum facere debeat.1°.de alimen.facul. 2°.11.B
Farinæ copia triticum probatur.de bon.& uitio ſucc. 2°.36.G
Farinæ multum facit triticum præſtantius.de bon.et uitio ſucc. 2°.36.G
Farinæ minus facit triticum deterius.de bon.& uit.ſucc. 2°.36.G
Farina triticea chondrus ſiccior.5°.de ſimp.med.fac. 5°.34.D
Farina triticea eſt emplaſtica.de ſimp.med.fac. 5°.8.H
Farina triticea fluxionibus aduerſatur,& emplaſtrum ex illa. 2°.de arte cur.ad Glauconem. 7°.101.G
Farinæ triticeæ cataplaſma,quale.5°.de ſimp.med. fac.32.C/ 5°.34.A
ex Farina triticea cataplaſmata emplaſticam conſtitutionem habent.5°.de ſimp.med.fac. 5°.34.B
ex Farina triticea,uel hordeacea,cataplaſma.13°.meth.med. 7°.81.B
Farina triticea cum aqua maturat.de ocul. 7°.188.E
Farina triticea plurimum ſuppurat.2°.de arte cur.ad Glauc. 7°.105.E
Farina triticea multum ſuppurat. 2°.de arte cur.ad Glau. 7°.105.G
ex Farina triticea,& oleo,& aqua cataplaſma citius ad ſuppurationẽ perducit,quàm quod ex pane.2°.de arte cur.ad Glauc. 7°.105.C
Farina triticea cum caricarum decocto & oleo mire ſuppuratoria eſt.3°.de comp.med.ſec.loc. 5°.146.F
ex Farina triticea cataplaſmata quo modo moueant pus.5°. de ſimplic.medic.facul. 5°.33.B
Farina triticea cum oleo putrefacit.6°.meth.med. 7°.37.F
FARINAE ſimilis hypoſtaſis quid ſignificet.de urinis. 4°.124.F
Farina hordei ſimilis ſubſidẽs in urina qd ſignat.1°.de criſ. 4°.130.D
Farinæ craſſiori ſimile ſubſidens.in 1m.de morb.uulg.com.3°. 3°.121.F
Farinæ craſſioris ſpecie hypoſtaſes quid ſignificent.de urinæ ſignificatione ex Hippocrate.78.F/quæſ.in Hipp. Sp.113.D
ut Farina ſedimentũ craſſum quid ſignificet.in pro.cõ.2°. 4°.200.E
ueluti Farina craſſior quibuſcunque febricitantibus in urinis fiunt ſedimina,longam fore ægritudinem ſignificat.cõ.7°.aph.31°. Ex.56.C
Farinæ parti craſſiori ſi ſimilia quædam in urinis appareãt, letales ſunt de tot.morb.temp. 3°.89.G
FARINGES uocat glandulas.de anat.parua. Sp.42.H
FASCIAE dicũtur ſublegamina ab Hippocrate.de ijs,quæ in medic.fiunt. commentario 3°. 7°.214.E
Faſciarum diſtantiæ,& differentiæ.de faſcijs. 7°.293.F
Faſciæ ſunt diuerſæ pro pueris, & pro iuuenibus.de ijs,quæ in medic.fiunt,commentario 2°. 7°.210.C
Faſciarum differentia ex longitudine.de faſcijs. 7°.293.F
Faſciarum longitudo.de fract.com.1°. 7°.228.H
Faſcia pro oſſibus fractis deligandis debet eſſe lõga.6°.met.m. 7°.40.H
Faſciarum differentia ex latitudine.de faſcijs. 7°.293.G
Faſciæ non ſint admodum latæ.de fract.com.1°. 7°.229.A
Faſcia quibus oſſibus fractis deligandis lata,& quibus anguſta circumponi debeat.6°.meth.med. 7°.40.G
Faſcia quando ſtricta eſſe debet in fractis oſſibus.6°.met.me. 7°.40.H
Faſciarum differentia ex ſtructura.de faſcijs. 7°.293.G
Faſciarũ lõgitudo,et latitudo quãta.de ijs quæ I med.fi.cõ.3°. 7°.214.F
Faſciarum differentia ex habitu.de faſcijs. 7°.293.F
Faſciarum ex materia differentiæ.de faſcijs. 7°.293.F
Faſciæ ex quibus eſſe debent.4°.de comp.med.per gene. 5°.237.A
Faſcia ſi ex linteo fiat,quo modo linteũ frãgi debeat.d faſcijs. 7°.293.H
Faſciæ in lõgitudinẽ lintei factæ uictũ firmius tenẽt.d faſcijs. 7°.293.H
Faſciæ quales eſſe debent.de ijs que in med.fi.com.2°. 7°.209.H
Faſciæ quales debent eſſe ſecundum Hippocratem.de faſcijs. 7°.293.G
Faſciæ debent eſſe mundæ,& cur.de faſcijs. 7°.293.G
Faſciæ ſui coloris eſſe debent & cur.de faſcijs. 7°.293.G
Faſciæ cur debeant eſſe tenues.de faſcijs. 7°.293.G
Faſciæ cur molles eſſe debeant.de faſcijs. 7°.293.G
Faſciæ leues eſſe debent,ne onere infeſtent.de faſcijs. 7°.293.G
Faſciæ cur debeant eſſe ſine ſuturis inæqualibus.de faſcijs. 7°.293.G
Faſciæ cur debeant eſſe ſine eminentijs.de faſcijs. 7°.293.G
Faſciæ plica æqualis,et inæqualis.de ijs quæ in med.fi.cõ.2°. 7°.205.E
in Faſcijs quæ cauenda.de ijs,quæ in me.fi.com.2°. 7°.211.F
in Faſcijs quid ſignificet caput.de ijs,quæ in med.fi.com.2°. 7°.210.C
à Faſciarum capite altero incipit uinculum aliud, aliud ab utroque.de faſcijs. 7°.293.H
Faſcijs abundent uincientes.de faſcijs. 7°.293.G
Faſciationum differentiæ.de fract.com.3°. 7°.244.F
Faſcijs quomodo uti debes in deligando. 4°.de cõp.me.per ge. 5°.236.H
Faſciæ quo modo debeant imponi.de fract.com.1°. 7°.227.H
Faſcijs quomodo deuinciendum ſit.de faſcijs. 7°.294.B
Faſcijs duobus ad ligandum utitur Hip.de fract.com.1°. 7°.225.C
Faſcijs duabus uti conſueuit Galenus.de fract.com.1°. 7°.228.H
in Faſciando cõpreſſio uehemens quid faciat.de frac.com.1°. 7°.229.E
Faſciant infantes in Aegypto.de aere,aq.& loc. 2°.3.F
Faſcijs cur ligandus infantulus.1°.de ſanitate tuenda. 2°.65.A
in Faſcijs cur pueri detineantur.2°.de motu muſ. 1°.315.F
Faſciæ non ſinunt fieri lata corpora.de aere,aq.& loc. 2°.5.F
in Faſcijs poteſt committi error.de cauſ.mor. 3°.8.F
ob Faſcias mulieres gibbæ ante aut retro.de cauſ.mor. 3°.8.G
Faſcia poteſt prohibere inflammationem.introd. Iſa.60.F
Faſciarum circumactus in frictione cur fiat.3°.de ſan.tuen. 2°.77.D
Faſciarum circumuectio circa uentrem,uel dorſum,uel lumbos in frictione.3°.de ſan.tuen. 2°.77.D
Faſciatio Aſcia dicta,unde dicta.de fract.com.3°. 7°.244.F
Faſciæ Cancri dictæ ſiue in quatuor partes ſcindantur,ſiue in ſex,ſiue in octo.de faſcijs. 7°.293.F
Faſcia quæ facit Cincinnorum imaginem.de faſcijs. 7°.295.E
Faſciola quæ dicitur Cingulum.de faſcijs. 7°.303.C
Faſciæ Glomeratæ quæ ſint.de faſcijs. 7°.293.F
ex Faſcia glomerata auris.de faſcijs. 7°.298.F/G
Faſcia glomerata duplex in utranque partem ducta à ſuperiori parte deorſum.de faſcijs. 7°.303.D
Faſcijs glomeratis fracta uulnera uinciuntur.de faſcijs. 7°.293.F
ex Faſcia Lata triũ capitũ opuſculũ uocaſ ανυπτες gr.d faſc. 7°.294.H
Faſciæ Sciſſæ ſunt quæ ex uno linteo extremis partibus, uel alibi ſciſſo conficiuntur.de faſcijs. 7°.293.F
Faſcia quæ inuenit Zonæ nomen.de faſcijs. 7°.304.D
Faſciæ quibus plerunque uulnera obligamus.de faſcijs. 7°.293.G
Faſcia ad obuoluendum uniuerſum caput.de faſcijs. 7°.294.H
Faſciæ ad capitis uulnera.de faſcijs. 7°.293.F
ex Faſcia glomerata longa ad frontem, & regionem quæ inter ſupercilia eſt.de faſcijs. 7°.300.A
ex Faſcijs tribus ad malæ uncturas.de faſcijs. 7°.299.H
ex Faſciolis binis naſum.de faſcijs. 7°.298.E
ex Faſciolis tribus accipiter ad naſum.de faſcijs. 7°.298.F
ex Faſciolis binis accipiter ad naſum.de faſcijs. 7°.298.F
ex Faſciolis duabus funda ad naſum.de faſcijs. 7°.298.C
ex Faſciolis tribus funda ad naſum.de faſcijs. 7°.298.C
Faſcia glomerata ad naſum.de faſcijs. 7°.298.G
Faſcia glomerata ad labrum ſuperius.de faſcijs.7°.300. D/eadem à medio orſa.B
Faſcia glomerata labrũ inferius.de faſcijs.7°.300.C/eadem in utranq; partem ducta.C/alia/D.
Faſcia glomerata ad cubitum.de faſcijs. 7°.304.H
Faſcia aſſuta ad mammam.de faſcijs. 7°.303.C
Faſciæ aſſutæ,quæ.de faſcijs. 7°.293.F
Faſcia glomerata ad mammam.de faſcijs. 7°.303.B
Faſciæ quibus utũtur uenatores ad crura defendẽda.de faſcijs.7°. 293.G
Faſcijs duabus quo modo malagmata applicanda.9°. de compo.medica.ſecundum locos. 5°.199.F
FASCICVLVS quantus duobus digitis apprehendi poteſt.7°.de comp.med.ſec.loc. 5°.187.A
Faſciculus manipularis.9°.de comp.med.ſec.loc. 5°.203.A
Faſciculus.de me.fac.par. 7°.171.G
FASEOLI ſunt humidi.de diſſol.cont. Sp.74.E
Faſeoli cibus craſſus,& cur.de diſſol.cont. Sp.72.H
Faſeoli inflant uentrem.de diſſol.cont. Sp.74.F

Faſeoli tardè

Faſeoli tarde deſcendunt.de diſſol.cont. Sp.74.H
Faſeoli tarde digeruntur propter multitudinem inflationis.de diſſolutione continua. Sp.37.D
Faſeoli nutriunt eum qui digerit illos nutrimento multo craſſo. de diſſolutione continua. Sp.73.E
FASTIDIVM numeratur inter caſus.com.2°.aph.30°. Ex.16.H
Faſtidium patitur ſtomachus,ſi oppilationem patiuntur inteſtina, uenæ meſaraicæ,hepar,& id genus.de anat.uiu. Sp.49.G
Faſtidium in uētriculo notat cholerā peccare.cō.4°.aph.2°. Ex.27.E
Faſtidium fit leſo ore uentriculi in mulieribus grauidis.commentario 5°. aphoriſmo 61°. Ex.43.E
cum Faſtidium patiuntur mulieres menſtruis ſuppreſſis,tunc ſe cōcepiſſe coniiciunt.com.5°.aph.61°. Ex.43.E
Faſtidiū ſæpe in febribus ardentibus.in 3m.de mor.uul.cō.3°. 3°.143.G
cum Faſtidio exacerbari,malum.in 1m.prorrh.com.2°. 4°.175.A
Faſtidiū cibi in morbo diuturno,& deiectiones ſynceræ,malum.commētario 7°.aph.6°. Ex.54.C
Faſtidia morborum horeſticis rebus curantur.de dynamidijs. Sp.19.A
Faſtidioſis danda phlegmagoga.de dynamidijs. Sp.21.C
Faſtidium tollit hydropoton.de dynamidijs. Sp.32.D
Faſtidio ſtomachi prodeſt omphacomeli.de dynam. Sp.22.C
Faſtidium tollit mel ſolum.de ſimp.med.fac. Sp.87.B
Faſtidium auertit ſal.de ſimp.med.fac. Sp.90.A
FASTIDIOSVM qd importet.in 3m.de mor.uul.cō.2°. 3°.139.C
Faſtidioſi a bile,id eſt appetitu carentes.in 1m. de morbis uulgaribus,cōmentario 3°. 3°.123.B
Faſtidioſi qui uocati.in 1m.de morbis uul.com.1°. 3°.107.H
Faſtidioſi dupliciter.in 1m.prorrh.com.2°. 4°.175.B
Faſtidioſæ mulieris caſus.in 1m.de morb.uulg.com.1°.125.B/ 3°.126.H
FATVM quid,& an res fiant fato.de hiſt.philoſ. Sp.5.D
FATVITAS quid.in 1m.prorrh.com.2°. 4°.177.D
Fatuitas ſymptoma cerebri refrigerati.4°.de præſ.ex pulſ. 4°.320.G
Fatuitas ex refrigeratione.2°.de ſympt.cauſ. 3°.24.B
Fatuitatem quæ medicamēta frigida faciant.2°.de ſymp.cauſ. 3°.24.B
Fatuitas ex morbo regio,mala.in 1m.prorrh.com.1°. 4°.167.F
Fatuum aiunt cerebrum non habere.3°.de locis affectis. 4°.16.E
FAVCES quæ.introd.Iſa.54.C/4°.de locis affectis.24.E/ in prognoſ.com.3°. 4°.209.A
Faucium uenis ſtrictiores ſunt uenæ gutturis.de uict.rat.in morbis acut. comment.4°. 7°.138.F
de Faucium muſculis.de muſc.diſſ. 1°.46.F
Faucium miniſterium eſt neceſſarium ad uitam.7°.meth.med. 7°.49.D
Fauces inſtrumentum uocis.in 1m.de morbis uulg.com.2°. 3°.115.F
Fauces non ſunt inſtrumentum odoratus.de inſtr.odor. 1°.111.A
Fauces in recipiendo ſpiritu dilatantur.de uſu pulſuum. 1°.228.F
per Fauces cibi,& potus deſcendunt.2°.de ſemine. 1°.340.C
Fauces irrigantur à glandulis.2°.de ſemine. 1°.340.D
Fauces cur humectantur à glandulis.2°.de ſem. 1°.340.D
in Faucibus quæ pituitoſum quendam humorem generant,glandulæ magno ſunt uſui.14°.meth.me. 7°.90.C
per Fauces purgatur pectus et pulmones.7°.met.m.49.D/11°.7°.73.F
ex Faucibus ſanguis expellitur ſcreatu.4°.de loc.aff. 4°.25.F
è Faucibus ſanguis ſeroſus quandoque excernitur.in prognoſtica,commentario 2°. 4°.203.B
Fauces læduntur à materia deſcendēte à cerebro.cō.6°.aph.2°.Ex.46.E
ad Fauces à capite cur materia tranſmittatur.2°.de diff.feb.3°.40.H
ad Fauces traducuntur fluxiones oculorū.in 6m.de morbis uulgaribus, commentario 2°. 3°.166.B
Fauces plerunque ſenſibiliter exaſperantur,et cur.in 6m.de morbis uulgaribus,commentario 2°. 3°.160.H
Faucium aſperitates gignunt tuſſim.de diff.morb.4.E/2°.de ſymptomatum cauſis. 3°.21.G
ob Fauces uox uitiatur.4°.de locis affectis. 4°.26.C
in Faucibus & ore partes exiſtentes ſi ex defluxione à capite ægrotent, quomodo curandæ.6°.de ſanitate tuenda. 2°.100.A
ad Faucium rheumatiſmum ſuffitumgium.de dynamidijs. Sp.35.G
cur Fauces læduntur ab aquilone.com.3°.aph.5°. Ex.20.D
in Faucibus fit relaxatio.de mult. 3°.77.G
Faucium & oris partes ne remolleſcant,facit acetum ſcilliticum. de med. fac.par. 7°.178.C
Faucibus exiccatis extrinſecus mel illinitur.de ſimp.med. Sp.87.A
in Faucibus ſtrangulatio repente à febre habito, letale.commentar.7°. aphoriſmo 60°. Ex.59.D
Faucium rubor unde.in 1m.de morb.uulg.com.1°. 3°.106.E
Faucium dolor unde.in 1m.de morb.uulg.com.1°. 3°.106.E
Fauces dolere quando pernicioſum.in 1m.prorrh.com.2°. 4°.175.H
ad Faucium tumores.2°.de comp.med.per genera. 5°.225.E
ad Fauces tumentes remedium.de dynamidijs. Sp.25.E
Faucium inflammatio unde.in 1m.de morb.uulg.com.1°, 3°.106.E
ex Faucium phlegmone aliquid foras effluit.13°.meth.med. 7°.84.H
Faucium inflammationes quid auferat.de præſag.exper.conf. Sp.78.C
Faucium inflammationes uetuſtiores diſſoluūt ſectiones ſcarificationum. præſag.exper.confir. Sp.78.C
Faucium phlegmonem uacuant uenæ ſub lingua ſine medicamento. de uictus ratio.in morb.acu.com.4°. 7°.138.G
ex Faucium inflammatione cor reſpiratione priuat.de fœt.f.1°.324.H
in Faucium phlegmone, euitanda quæ per os pituitam euocant.13°.methodi medendi. 7°.83.A
ad Faucium inflammationes.de remed.par.fac. 7°.157.G
ad Fauces gargarizatus.4°.meth.med. 7°.29.A
Faucibus proſunt caricæ.de ſimp.med. Sp.84.C
ad Fauces euidenter facit folia,flos,& mora rubi.de ſimp.m. Sp.89.B
ad Faucīū apoſtemata uipera ſuſpēſa,de incāt.aduer. & ſuſp.7°.182.B
Fauces exulceratæ cū febre quid ſignificēt.in prog.com.3°. 4°.209.A
ad Faucium uulnera alba uel nigra remedium.de dynamid. Sp.26.B
ad Faucium cruſtas in pueris.de remed.par.fac. 7°.156.D
ex Faucium acutis morbis phrenitici.in 1m.prorrh.com.1°. 4°.164.F
FAVFEL. ſecretorum. Sp.98.H
FAVILLA corpus tenue.4°.de ſimp.med.fac. 5°.30.B
Fauilla guſtantibus amara uidetur.4°.de ſimp.med.fac. 5°.30.B
Fauilla a nullo animali edi poteſt.4°.de ſimp.med.fac. 5°.30.C
Fauilloſa,fumoſa,& fuligmoſa recremēta in caliditatis gñe oīa terrea, & ueluti ſemicocta cū innato calore ſunt.1°.de diff.reſp. 3°.62.A
FAVONII meminit.in 1m.de morb.uulg.com.2°. 3°.107.H
ex FAVIS maceratis mella.de fract.com.3°. 7°.248.D
Fauus nō debet eſſe uitioſus pro apomeli cōficiēdo.4°.d ſan.tu.2°.85.G
è Fauis confectum acetum mulſum laudatur ab Hippocrate.de uſu theriacæ ad Pamph. 5°.98.H
ex Fauis oxymeli.de puero epilep. 7°.181.A
FAVVS futurarum diſtentio.introd. Iſa.59.C
de FAVIS, & quid ſint.de med.fac.par. 7°.161.G
Fauus morbus cutis capitis quid & quo modo fiat.1°.de compoſi.medica. ſecundum locos. 5°.128.G
Faui ſunt toto genere præter naturam.de diff.morb. 3°.4.F
Faui fiunt ex commixtis humoribus.de cauſ.morb. 3°.8.C
Faui.in 6m.de morb.uulg.com.2°.161.A/com.4°.3°.183.F/de remed. par.fac.7°.154.C/de uirt.cent. Sp.93.G
Fauos ſanat Paronychia.8°.de ſimp.med.fac. 5°.57.H
ad Fauos.5°.de compoſi.medicam.per genera.5°.251.B/de remed.paratu facilibus. 7°.154.D
ad Fauos quibus iuncta eſt ulceratio doloſa.de rem par.fa. 7°.154.D
FAVSTIANVM eclegma.7°.de comp.med.ſec.loc. 5°.180.A
Fauſtianum infuſum.9°.de comp.med.ſec.loc. 5°.203.F
Fauſtianum uinum ſalernum.de theria.ad Piſo. 5°.95.G
Fauſtianum uinum ſpecies ſalerni.1°.de anti dotis. 5°.101.C
Fauſtianum uinum,quale.de bo.& uitio ſuc. 2°.38.C
Fauſtianum uinum dulce eſt moderate.de uinis. Sp.76.F
Fauſtianum uinum pauciferum.de uinis. Sp.76.D
Fauſtianum ſalernum optimum ſeni, qui à balneo uti uino dulci uelit,5°. de ſanitate tuenda. 2°.91.C
FAX comburitur etiam deſcendendo.de util.reſp. 1°.224.G
FEBRIS omnibus in propatulo eſt.1°. de diebus decretorijs. 4°.147.F
Febrē nomine æſtus quidam intellexerunt.com.7°.apho.13°. Ex.54.H
pro Febre ignis dicitur.in 1m.de morb.uulg.com.2°.121.E/ 3°.133.F
Febris,quæ πυρετὸς dicitur,ἀπὸ τοῦ πυρὸς,id eſt ab igne, fuit nominata.de fruct.com.3°. 7°.243.D
pro Febre uehementiſſima uti nomine ignis mos eſt Hippocratis. in 1m. de morb.uulg.comment.3°.3°.121.H/de uict.rat.in morbis acutis,cōmentario 1°. 7°.111.C
cum Febris ab Hippocrate dicitur,ſignificatur magna febris.commentario 4°.aph.34°. Ex.31.B
Febris diffinitio iuniorum.introd. Iſa.55.D
Febris diffinitionem collige.2°.meth.med. 7°.15.D

Febris quid. fin.med. 46.C/introd. Iſa.55.D/de hiſt.philoſ. Sp.12.A
ex Febris intemperie morbus. de totius morb.temp. 3°.88.D
Febris morbus in intemperie. 8°.meth.med. 7°.49.G
Febres omnes duplicem habere inæqualem intemperiem. 1°.de inæquali intemperie. 3°.44.G
à Febre calor & mediocritas corrupta eſt. 2°.de nat.fac. 1°.300.D
Febrium eſſentia non eſt in motu arteriarum, ut quidam putarūt. in 6m. de morbis uulgaribus, com.1°. 3°.158.F
Febris eſſentia eſt caliditas. in 6m.de morb.uulg.com.1°. 3°.158.F
Febris ſubſtantia in calore præter naturam conſiſtit. 1°.de diffe.febrium. 3°.30.G/de fract.com.3°. 7°.243.D
Febris quo modo fiat. de curan.rat.per ſang.miſſ. 6°.17.A
Febris caliditas eſt in corde. 1°.diff.feb. 3°.31.D
Febris nondum eſt calor præter naturam, niſi cor unà calefiat. 1°.de differentijs febrium. 3°.31.B
Febris oritur ex corde affecto. de fract.com.2°. 7°.235.C
Febris eſt ſi calor in totum corpus extendatur. de cauſ.morb. 3°.6.B
Febris eſt ueluti quædam totius corporis immoderata caliditas. de cauſis morborum. 3°.6.B
in Febre calor eſt naturalis auctus. 8°.meth.med. 7°.49.G
Febris eſt calor auctus adeo, ut eius occaſione corpus laboret. 2°.methodi medendi. 7°.25.D
in Febre calor naturalis uertitur in igneum. de uictus ratione in morb. acutis, com.1°. 7°.111.C
Febris accenditur ob innati caloris maxime conuerſionem ad igneam naturam. com.1°.aph.14°. Ex.7.H
Febrilis calor, qualis. de uict.rat.in morb.acut.com.2°. 7°.119.F
à Febrili calore diſtinctus ē calor naturalis, cōſidera. 1°.d criſ. 4°.152.H
Febrilem calorem eſſe alterum à naturali, collige ex uerbis Oſtendens in animalis corpore humorum multitudinem ſuperabundare tantam habentium frigiditatem, ut neque à calore natiuo, neque à febri calefiāt. com.4°.aph.37°. Ex.32.C
Febrilis caliditatis differentiæ. in 6m.de mor.uulg.com.1°. 3°.158.F
Febrilis caloris multitudo conſiſtit in multitudine defluxus. 2°.de differētijs febrium. 3°.40.C
FEBRIS eſt morbus calidus & ſiccus. 1°.de temp. 1°.11.C
Febrē, ratione qua febris, eſſe calidam & ſiccam potes colligere. com.1°. aphoriſmo 24°. Ex.10.F
Febris eſt paſſio calida, & ſicca. eſt enim conuerſio natiuæ caliditatis ad igneam. com.1°.aph.16°. Ex.8.H
in Febris portione ſunt ſiccitas, & caliditas. 7°.meth.med. 7°.47.C
Febris, quæ. de diff.morb. 3°.3.D
Febris eſt una ex cauſis quæ perducit ad mortem. c.1°.ap.35°. Ex.31.G
Febris eſt affectus per ſe, ex ueterum ſententia. introd. Iſa.55.D
Febris nulla apud antiquos dicitur hepatica, lienoſa, pulmonia, lateralis. com.7°.aph.42°. Ex.57.D
Febris ſi conſequatur iecinoris inflammationem aut lateris aliuſue partis, pleuritim, uel peripneumoniā, uel hepatitim nomināt morbum, nō febrilem in 1m.de mor.uulg.com.3°. 3°.118.H
per Febriles morbos itelligit Hippocrates quādo febres ipſæ ſunt paſſio, non caſus alicuius partis. com.4°.aph.66°. Ex.34.F
FEBRIS quo modo accidens dicatur, & quo modo ægritudo ſecundum antiquos. de diff.morb. 3°.3.F
Febris quāq; eſt morbus, quāq; caſus partis alicuius. cō. 4°.ap.66°. 34.F/ apho.73°. Ex.35.H
Febres inflammationum ſunt ſymptomata. 1°.de arte cur.ad Glauconem. 7°.95.F/com.6°.aph.44°. Ex.51.D
Febres ex inflammationibus fiunt. 14°.meth.med. 96.H/2°.de arte cur. ad Glauconem. 7°.100.G
Febrem quando faciat inflammatio. 2°.de diffe.feb. 3°.41.C
Febrē faciūt inflāmatæ partes rōne putredinis. 1°.de diffe.febr. 3°.32.A
cur Febres fiant in generatione puris. com.2°.aph.47°. Ex.18.H
Febris ſequitur inflammationem cuiuslibet membri principalis. com.6°. aphoriſmo 50°. Ex.52.F
Febres ſunt diuerſæ ex inflammationibus diuerſorum membrorum. 2°. de criſ. 4°.136.A
Febrem facientes inflammationes, ex repletione ut plurimum fiunt. de uenæ ſect.aduerſ.Eraſ. 6°.12.F
Febres ob inflāmationē ſunt in gñe putridarū. 10°.meth.med. 7°.64.C
Febres qñ ſit, et qñ nō ſit læſis pricipalibus actiōibus. 3°.d lo.af. 4°.17.A
Febris capitis nō permittit ægrū quieſcere neq; dormire. de dy. Sp.23.C
Febres à cerebro, à membranis cerebri, à pulmone, & à corde, malæ. in 3m.de mor.uulg.com.2°. 3°.135.A
Febres & bilis uomitum neceſſe eſt ſuperuenire quibuſcūque præciditur cerebrum. com.6°.apho.50°. Ex.52.F
Febris, & deliria neceſſario ſequuntur, cerebro, & meningibus inflammatis. 8°.præſa.ex pul. 4°.120.G
Febre ſolū differūt phreneſis, et īſania. i3m.de mor.uul.c.3°. 3°.144.F
Febris phrenitica. in 6m.de morb.uul.com.1°. 3°.159.D
Febres phreniticorum, qualis. in 6m.de morb.uulg.com.1°. 3°.159.E
Febres lethargicæ uñ ſint, et ex quot cauſis fiāt. c.3°.ap.30°. Ex.26.E
Febres deprehenſorum cataphora, & lethargicorū, quales. 11°.de ſimplicium medic.fac. 5°.80.C
Febres magis fiunt læſis muſculis temporalibus, ꝙ alijs muſculis læſis. 11°. de uſu partium. 1°.185.B
Febris ſequeretē uulnerata arteria tenuiſſima acu, ſi arteria eſſet ſolùm ſpiritus inſtrumentum. an ſang.in art.nat.con. 1°.60.H
Febres à præcordijs malæ. in 3m.de mor.uulg.cō.2°.134.H/ 3°.135.A
Febres ex hypochōdriorū doloribus malignæ. i 1m.pr.c.2°. 4°.172.D
Febris cur oriatur in inflammatione membranæ ſubcingentis. 2°.de locis affectis. 4°.13.B
Febris uehemens quando in phrenitide, & cur. 5°.de loc.aff. 4°.29.G
Febres diuerſas habent pleuritides. de uict.rat.in mor.ac.c.2°. 7°.119.F
Febrem non faciunt ſcirrhus & œdema in ſubcingente membrana. de cōſti.art. Iſa.40.D
Febris non fit propter ſcirrhum, uel propter œdema. de uictus rat. in morb.acu.com.3°. 7°.128.A
Febris fit ſi calorem uentriculi cor percipiat. 7°.meth.med. 7°.47.F
Febris fit abdominis, & thoracis muſculis inflammatis. 4°.de præſag. ex pulſ. 4°.121.D
Febrem ſæpe attulit hepatis, aut ſplenis affectus. 2°.de diff.fe. 3°.37.D
ſine Febre obſtructio, & ſcirrhoſa diſpō iecoris. 2°.de lo.aff. 4°.12.H
Febrem facit iecoris inflammatio. 2°.de loc.aff. 4°.12.H
Febris in iecore facta quo modo cognoſcatur. in 1m. de morbis uulgaribus. com.1°. 3°.131.B
Febres ſequūtur uteri magnas inflāmationes. in 1m.pror.c.3°. 4°.183.F
Febres calidiſſimæ fiunt utero phlegmone correpto. in 6m.de mor. uulg. comment.5°. 3°.191.H
Febrem faciunt menſtrua ſuppreſſa, & caput grauant. in 6m.de morb. uulg.com.1°. 3°.193.D
Febricitant ulceratæ particulæ ex cauſtico. 2°.de ſymp.cau. 3°.22.F
Febrem qui tumores faciant. de cau.mor. 3°.6.F
Febres quæ fiant in calcis ſideratione. de fract.com.2°. 7°.235.C
Febres cum puſtulis, quæ. in 6m.de mor.uul.com.1°. 3°.159.D
Febris cur in puſtulis cancroſis. 14°.meth.med. 7°.90.A
Febrem quō faciunt carbunculi. 1°.de diff.feb. 3°.32.A
in Febre cum phlegmone indicatio. 11°.meth.med. 7°.69.D
FEBRES quæ ſint morbi, & non ſymptomata. 1°. de arte curatiua ad Glauconem. 7°.95.G
in Febribus Platonis errores. 8°.de decr.Hipp. 1°.277.B
de Febribus librū fecit Eraſiſtratus. 4°.de dif.pul. 4°.69.E/d uenæ ſe. adu. Eraſi. 6.A/8.B/9.G/12.E/de cur.rat.per ſang. 6°.16.A/2°. meth.med. 21.C/de uict.rat.in mor.acut.c.1°.109.E/ 7°.113.A
Febrium modi, mores, differētiæ, et eſſentiæ idem. in 1m.de morb.uulgar. comment.3°. 3°.120.A
de Febrium differentijs librum quo tempore compoſuerit Galenus. de præcognitione. 4°.219.B
inde Febrium differentiæ libris exercitatio ad quid ſit utilis collige. 8°. meth.med. 7°.52.B
ꝙ de Febrium differentijs liber præcedit librum de typis, collige. 2°.de diff.feb. 3°.39.F
de Febrium differentijs liber quid tractet, & quid liber de typis. 2°.de differentijs febrium. 3°.39.F
Febrium diuerſitas. in 1m.de mor.uul.com.2°. 3°.109.F
Febres differunt ſuis proprijs differentijs. de nat.hu.com.2°. 7°.181.C
Febrium differentiæ, quæ. in 1m.de morb.uulgari.com.3°.118.C/in 6m. comment.1°. 3°.158.E
Febrium ſpecies. de nat.hu.c.2°. 7°.180.H/aduerſus Lycū. Ex.62.A
Febrium ſpecies dicit Hippocrates. in 3m.de morb.uulg.cō.3°. 3°.145.H
Febrium diuiſio, & ſubdiuiſio. 2°.de criſ. 4°.135.H
Febrium uariæ diuiſiones. in 6m.de mor.uulg.com.1°. 3°.160.A
Febrium præcipuæ differētiæ à ſubſtātia ſumūtur. 1°.de dif.feb. 3°.30.F
Febrium non propriæ differentiæ ab accidenti. 1°.de diff.feb. 3°.30.F
Febris differentiæ euidentes, quæ. 1°.de diff.feb. 3°.30.G

Febris differentiæ ſumptæ à materia, in qua calor præter naturam accẽditur, magis propriæ ſunt. 1°. de diff. feb. 3°.30.H
de Febris materia Athenæi opinio. 1°. de diff. feb. 3°.32.F
Febris differentia ab aerea ſubſtantia accenſa. 1°. de diff. fe. 3°.30.H
Febrium ordo ſm elementi calidi qualitatẽ. de nat. hu. cõ. 2°. 7°.181.D
Febrem magnam, paruam, mediocrem nominant antiqui medici. com. 6°. aphoriſmo 3°. Ex.47.A
Febris magna & parua quo modo dicatur. 1°. de diff. feb. 3°.30.H
Febris magna uel parua ex uſu dicitur. nam non ita proprie qualitas in qualitate dicitur. 3°. de comp. med. per gen. 5°.228.H
Febris ratione partium differentiæ. 2°. de diff. feb. 3°.42.E
Febriculoſarum partium proprium. 2°. de diff. feb. 3°.42.E
Febrium tres primæ differentiæ. de marc. 3°.47.E
ex Febrium tribus generibus, quo modo proponat putridas. in 6m. de morb. uulg. com. 1°. 3°.131.A
Febrium tria prima genera, et quæ ex humoribus. 2°. de criſ. 4°.137.A
Febrium tria genera. 1°. de differentijs febrium. 31. A/3°. de præſag. ex pulſ. 4°.117.H
Febris exempla in lebete uel aqua. 1°. de diff. feb. 3°.30.H
Febris exempla in folle fabrili. 1°. de diff. feb. 3°.31.A
Febris nocturnæ, & diurnæ, quæ. in 1m. de morb. uulg. com. 3°. 3°.119.F
Febris hyemalis, quæ. de uict. rat. in morb. acut. com. 4°. 7°.141.G
Febrium differentias ponebant antiqui hepialon, & lipyriam, eloden, & typhoden, peſtilentem, & ardorem. cõ. 7°. apho. 42°. Ex.57.D
Febris adſtricta, quæ. fin. med. Iſa.46.D
Febris alba cur dici non poſsit. 3°. de præſag. ex pulſ. 4°.117.F
Febres ἀσώδεις quas nocet. de uictus rõne i mor. acu. cõ. 4°. 7°.140.H
Febres aſpectu terribiles, quæ. in 6m. de morb. uulg. com. 1°. 3°.159.A
Febris fluxuoſa, quæ. fin. med. Iſ.46.C
Febris ictериodis, quæ. fin. med. Iſa.46.D
Febris ignaua, quæ. fin. med. Iſa.46.D
Febris Pemphingodes, quæ. fin. med. Iſ.46.C
Febres falſæ, quæ. in 6m. de morb. uulg. com. 1°. 3°.159.E
Febres falſuginoſæ, quæ. in 6m. de morb. uulga. com. 1°. 3°.159.A
Febres ſingultuoſæ. de fract. com. 3°. 7°.248.A
Febris ſingultuoſæ curatio. de uict. rat. in morb. acut. cõ. 4°. 7°.143.C
in Febre ſingultuoſa acetum formidandum. de uictus ratione in morbis acutis, com. 4°. 7°.143.E
in quibus Febribus ægri pũgi, et morderi uideãtur. aduer. Ly. Ex.62.A
Febres ſimpliciſsimæ, quæ ſint. in prog. com. 3°. 4°.207.A
Febres ſimpliciſsimæ quot diebus finiant. in progn. com. 3°. 4°.206.H
Febris ſimplex ſimplicem ſeruat modum. 2°. de diſ. feb. 3°.36.H
à Febre non incipit dierum numeratio in puerperis. in prognoſtica. cõment. 3°. 4°.208.A
Febribus qui facile corripiuntur. 1°. de diſ. feb. 3°.31.H
ad Febres opportuniſsimi ſunt calidi & ſicci. 8°. meth. med. 7°.54.E
ad Febrẽ proni ſunt ſecundo loco calidi et humidi. 8°. met. me. 7°.54.E
Febricitant calidi & humidi ſtatim ſtipata cute. 8°. meth. me. 7°.54.C
ad Febrem proni ſunt tertio loco calidi & temperati in paſsiuis. 8°. methodi medendi. 7°.54.E
ad Febrem proni ſunt quarto loco ſicci & temperati in actiuis. 8°. methodi medendi. 7°.54.E
ad Febrem proni ſunt quinto loco temperati. 8°. meth. med. 7°.54.E
in Febres incidunt difficulter ſecũdo loco humidi. 8°. meth. me. 7°.54.E
in Febres incidunt difficulter tertio loco frigidi. 8°. meth. med. 7°.54.E
in Febres incidunt difficulter frigidi & humidi. 8°. meth. med. 7°.54.E
in Febrem difficulter incidunt quarto loco frigidi & ſicci. 8°. methodi medendi. 7°.54.E
Febres cur fiant pueris, qui iam dentire incipiunt. commentar. 3°. aphoriſmo 25°. Ex.25.C
Febrium uariæ cauſæ. 1°. de differentijs febrium. 3°. 31.B/C/11°. metho. medendi. 7°.71.C
ne Febrium quidem ſemina concipiunt aliqui. de cauſ. pcatar. 3°.97.F
Febres quot de cauſis accendantur. præſag. exper. confir. Sp.77.D
Febris quo modo fiat ob acceſsum alterius caloris. præſagium experientia confirmatum. Sp.77.E
Febrem quæ extrinſeca accendunt. 1°. de ſan. tuen. 2°.65.F
Febres, & morbos facit aeris ambientis tẽperãtia. 2°. de cri. 4°. 134.D
Febrem faciunt aeris calidiores tẽperaturæ, quòd anima mores. 1°.318.E
Febres plurimas affert æſtas naturalis. 2°. de criſ. 4°.134.D
Febres pueris & mulieribus æſtate quando fiunt. de aere, aquis, & locis. 2°.4.C
Febris in ſole quo modo fiat. de cau. mor. 3°.6.G
Febres ex deuſtione. de inæqu. intemp. 3°.44.E
Febris ex æſtu à capite incipit. de cauſ. procatar. 3°.98.G
Febres faciunt nimij motus. 1°. de ſan. tuen. 2°.65.F
Febris ob motum fit dupliciter. præſag. exper. confir. Sp.77.D
Febris à cruribus per motum. de cauſ. procatar. 3°.98.G
in Febrem qui incidit exercentis ſe caſus. de cauſ. procatar. 3°.98.B
in Febrem quo modo incidant laborantes, uigilantes, cogitantes, & medicamina acuta accipientes. 1°. de diff. feb. 3°.31.G
Febris quando fit à laſsitudine. de cauſ. morb. 3°.6.H
Febrem quando non facit laſsitudo. de cauſ. morb. 3°.6.H
Febris & laſsitudo non ſunt idem. 3°. de ſan. tuen. 2°.80.B
Febricitant aliqui ex laboribus, ira, triſtitia, ſolis ardoribus, frigoribus uigilijs, cruditatibus, ebrietatibus, & crapulis. 1°. de differentijs febrium. 3°.31.B
Febris fit à motu animæ & corporis. præſag. exper. conſ. Sp.77.E
Febris ex triſtitia quo modo fiat. 1°. de diff. feb. 3°.31.F
Febrem accendit ira. de cau. mor. 3°.6.F
Febris ex ira quo modo fiat. 1°. de diff. feb. 3°.31.E
Febrem poteſt accẽdere ſola meatuũ conſtipatio. 8°. met. me. 7°.50.A
Febris à conſtipatione meatuum in quibus fiat. 8°. meth. med. 7°.50.A
Febris quando ſequatur ex obſtructione. de cauſ. mor. 3°.7.G
Febris ex cutis denſitate quo modo. 1°. de differ. feb. 3°.31.F/G/præſag. exper. confir. Sp.77.E
Febrem fecerant, & cutem denſauerant aluminoſæ aquæ. 8°. methodi medendi. 7°.50.B
Febrem ex obſtructione meatuum habentis caſus, & curatio. 8°. methodi medendi. 7°.50.B
Febrem citra putredinem qñ non facit obſtructio. 9°. met. med. 7°.56.C
Febrem generant intus collecta fuliginoſa. de cauſ. mor. 3°.6.G
Febris ex fuliginoſo halitu. 10°. meth. med. 7°.62.H
Febris cum aſtrictione diu fit luna in ♂ ſolis, ſaturno in tetragono. de decub. prog. ex math. ſcientia. Sp.12.G
Febris cauſa promptiſsima eſt inedia. 10°. meth. med. 7°.63.D
Febrem afferunt præter alia mala longæ inediæ ijs qui calorem habẽt ad ignearum naturam propenſiorem. com. 2°. aph. 22°. Ex.15.C
Febres uehementes facientẽ inediã dãnat Galenus. 8°. meth. me. 7°.50.E
Febrem in ſanis biliofis facit inedia. 8°. meth. med. 7°.50.F
Febricitabant famem biduo patientes. 10°. meth. med. 7°.62.H
Febrem fieri à fame ratione probatur. 10°. meth. med. 7°.62.H
Febrem faciunt cibi acres. de cau. morb. 3°.6.G
Febrem uinum accendit. 8°. meth. med. 7°.52.G
Febris potu uini ueteris & acris. de cauſ. morb. 3°.6.G
Febres infert uinum fuluum dulce. de bon. & uitio ſucc. 2°.38.E
Febre correpti ex cœna caſus. 8°. meth. med. 7°.54.A
Febris ex cruditate cum oris uentriculi offenſione, qualis. 12°. methodi medendi. 7°.75.E
Febres ex cruditate peſsima in biliofis naturis. 8°. meth. med. 7°.53.B
in Febrem quare aliqui incidere cruditatem habentes, aliqui non. 1°. de differentijs febrium. 3°.31.H
Febris nõ neceſſario ſequit̃ male concoquentẽ. 3°. de ſymp. cau. 3°.30.A
Febres afferunt repletio, cibi uitiati, & medicamina, & æſtas circa canis ortum. 1°. de diff. feb. 3°.31.C
Febris quandoq; fit à plethora. 6°. de uſu par. 1°.155.B
Febris ſub cane ex ira, potu aquæ frigidæ extincta. 10°. met. me. 7°.63.F
Febrium cauſæ medicamina acria. de cauſ. mor. 3°.6.G
Febrem quæ detergentia accendunt. 8°. meth. med. 7°.52.F
Febrem faciunt excremẽta ſubcalida & putrida. 4°. de ſan. tu. 2°.82.H
Febrem accẽdentia ſpectant ad curatiuam tractationem. 4°. de ſanitate tuenda. 2°.82.H
de FEBRIBVS cognoſcendis. de nat. & ord. cauſ. corp. Sp.41.E
Febris ſignificatio quid. de morb. temp. 3°.86.H
de Febrium ſignificatione librũ fecit Archigenes. 8°. met. me. 7°.52.A
de Febriũ dignotione libros decẽ fecit Archigenes. 2°. de cri. 4°.136.B
de Febris ſignis librum fecit Archigenes. 3°. de diffe. pul. 4°.64.A
de Febrium notis & typis Archigenes ſcripſit. 2°. de criſ. 4°.136.D
Febris primo die cognoſcenda an acuta, uel longa, uel intermittens, uel continua. 1°. de arte cur. ad Glauc. 7°.95.G
in Febribus diſtinguendis mira Galeni præſtantia. 1°. de diſ. feb. 3°.33.E
Febres cognouit Galenus prima die. 1°. de diff. feb. 3°.35.H
Febriũ oĩa gña prima uiſitatione cognouit Galenus. 2°. de criſ. 4°.133.G
Febres quibus diebus iudicantur. com. 2°. aph. 24°. Ex.15.G

Febris quibus indicijs cognoſcaẽ non poſſe ad tertium diem terminari.1°. de arte cur.ad Glauc. 7°.96.D
Febris cuius non poteſt ſciri terminus primis diebus.1°.de criſ. 4°.131.H
Febris quæ prima ſeptimana diiudicatur.2°.de criſ. 4°.135.G
Febrem qui proprijs ſignis noſcit, quid agat. ad eos qui de typis ſcripſerunt. 3°.92.G
Febrium tutiſſima notitia unde ſumatur.in 6^{m}.de morbis uulgaribus, cõmentar.1°. 3°.157.A
Febrium ſecunda notitia unde.in 6^{m}.de mor.uul. com.1°. 3°.157.A
Febres quibus rebus,& quot indicentur.com.1°.apho.12°. Ex.5.A
Febris nuntij qui.præſag.exper.confir. Sp.77.E
Febris futuræ ſigna.præſag.exper.confir. Sp.77.E
in Febre quandoque ſentitur inæqualitas.2°.de ſymp.cauſ. 3°.22.A
ante Febrem inæqualitas, qualis.2°.de ſymp.cauſ. 3°.22.B
Febrem præcedentem inæqualitatem qui non ſenſerint, fortunati. 2°.de ſymp.cauſ. 3°.22.A
in Febribus quõ fiant oſcitationes.præſag.exper.confir. Sp.77.E
ante Febrem cur ſit hiatus.præſag.exper.confir. Sp.77.E
in Febribus cur ſopor ſit quandoque, poſt uigilia ſubſequitur.in 3^{m}.de morb.uulg.com.3°. 7°.137.B
Febris quando incipit comparatur igni paruo, cui multa materia ſuperponitur.3°.de præſag.ex pulſ. 4°.118.H
Febricitantium maxima ſigna ex pulſibus, & urinis.1°.de arte curatiua ad Glauconem. 7°.94.H
Febres tactu deprehenduntur, ut ſapores guſtatu.in 6^{m}. de morb.uulgaribus, com.1°. 3°.159.E
Febris pulſus eſt index.de dynam. Sp.34.A
Febres quõ per pulſus cognoſcantur.3°.de præſag.ex pul. 4°.117.A
Febris a pulſu cognitio, quæ.præſag.exper.confir. Sp.77.E
Febris nota a pulſu, quæ.de marc. 3°.46.H
Febribus omnibus commune in pulſu.1°.de arte cur.ad Glauc. 7°.96.B
Febris quælibet habet celeritatẽ in pulſu.3°.de præſag.ex pul. 4°.115.E
Febris initium quo modo cognoſcatur ex pulſu prima die.3°. de præſag. ex pulſu. 4°.118.C
in Febrium magnarum cum frigore inuadentium initijs qui pulſus. 2°. de præſag.ex pulſ. 4°.114.A
in Febribus urinæ maxime ſpectandæ.3°.de criſ. 4°.139.D
in Febribus quare urinæ attendendæ.1°.de criſ. 4°.128.C
Febres ſunt paſſiones uenoſi generis & arteriarum, ideo urinæ in febribus conſiderandæ.1°.de criſ. 4°.128.C
de Febre ſignificat urina, ſed non de muſculorum morbis.de uict.rat.in morb.acut.com.4°. 7°.144.F
in Febre purulentæ urinæ meminit.de cauſ.procatar. 3°.98.C
in Febribus quibuſdam ſedimina ſimilia orobis conſpiciuntur.com. 4°. aphoriſmo 76°. Ex.36.E
Febrem, dolorem uuluæ & matricis ſignificat urina iumentorum ſimilis in muliere.de dynam. Sp.35.E
in Febribus urina roſea & obſcura phrenitim ſignificat.de dyn.Sp.35.B
Febris fiet repetitioſi urina tenuis poſt criſim ſe mutauerit. de dynamidijs. Sp.34.E
in Febribus laſſitudinarijs quibuſdã quarta die incipit fieri urina multa craſſa & alba.com.4°.aph.74°. Ex.35.H
in Febribus ſemper malus eſt color liuidus.in 6^{m}.de morbis uulgaribus, comment.1°. 3°.159.G
in Febribus familiares ſunt color ruber et pallidus.in 6^{m}.de morb.uulgaribus, com.1°. 3°.159.G
Febres ualde rubentes maximã caliditatẽ indicant.in 6^{m}.de morb.uulgarib.com.1°. 3°.159.G
cur in Febrium principio non ſit dormiendum, ſed in augmenti ultima parte, & ſtatu.com.2°.aph.1°. Ex.2.B
Febris habens cauſam, & cuius cauſa deſiit.8°.meth.med. 7°.49.G
FEBRES Diariæ ab Hippocrate uocantur quæcũque ſint ratione una die durant.com.4°.aph.55°. Ex.33.B
